Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



itineris raro ad suū uenire cenobiū cum essæ hospita 110
litate p̄cipua. conuocauit omnē congregationē quā sub
suo habebat. uti earū uolens consilio. dixitq; ad eas. Cer regimine in
nitis dilectissime sorores. quod asperitas itineris mag
nū laborem ascendentib̄ peregrinis & debilibus confert.
& ideo pauci nos adeunt. Ego aut̄ uolo iubere si ur̄e
placuerit scitati. in inferiori latere montis edificari
hospitale ad recipiendos xp̄ianos. Tunc omnes respon
derunt optimū esse c̄siliū. Et accepta benedictione.
in primis ibi ecclam construxit. & eam in honore sc̄i
martini rogauit dedicari. & deinde receptionē pau
perū fecit. Placuit aut̄ sororibus habitatio illa quia
locus amenus erat. & aquarū habundatione locuples.
& postulauerunt ut ibi monasteriū facerē. quia su
perius monasteriū in magna aquarū penuria situ
erat. Illa aut̄ consilio illarū assensum p̄bens. edifica
uit ibi monasteriū sicut hodiernus cōp̄bat dies. Fac
tū ē aut̄ d̄u in eod̄e ope occupata essæ. ut uenirē ad
eam quid̄a uir portans in manu sua uirgas de arbo
re tilia. & dixit ad eam. Dn̄a accipe has uirgas & plan
ta eas. ut in posterū ob memoriā tui habeantur. Illa
aut̄ accipiens. iussit tres parari fossas. Ait ei quid̄a.
Noli has plantare uirgas d̄na. quia frequenter ex
ipsa arbore nascuntur uermes mali. At illa. noli
inquit turbari. quia numquā aliquid c̄trarietatis
ex his arboribus ueniæ. Et tulit unam in manū suā.
& ait. In nomine patris te planto. Et alteram acci
piens dixit. Et te in nomine filii planto. Et tertiā
accipiens dixit. Et te in nomine spiritus sc̄i. myste